

media cæteris, quæ communior vsus aliquot sæculorum assidua consuetudine comprobauit: sed illa dūtaxat medico penui, ad instar cæterorum; quorum utilitas fortè minus, quàm illorū perspecta est, adscribit. Sin iam vim quandam malignam subesse contendet quispiam, artis ea auctoamento corrigetur. Sin facultatum ineptitudinem, ferèda tantisper est, dum præparationis compendio & ipsa tollatur. Margaritæ quidem, coralli, amethystus, aliaque complura duriora corpuscula sunt, nec vim suam liberè exercent. Sin mollescat duricies, quæq; terrenas partes in vnū cogit, vis valida, ceu in arenam progrediatur, nil est, quod amplius, vel operationi illorū eximix, vel incredulæ multorum diffidentix obsistere queat. Experientia certè, veritatis & omnis ratiocinationis prima parens, non solùm id suadet, sed & persuadet, adductis magnorū virorum auctoritatibus. Illi dum causas reddere mirabilium effectuum nequiuerunt, ad occultas formæ specificæ proprietates, vel saltem cum Hermete & Indorū philosophis, & Aegyptiorū sacerdotibus,

*Durities plurimorū præparatione emendatur.*

*De quo Albertus li. 2. tract. 2. de mineral.*

D ad